



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 495. Gelasii Pap. Annus 4. Anastas. Imp. 5. Theodor.
Reg. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14573

com viuendi formam meruisse illam habitatoribus reddi v. e. u. am, atque alienigenis dari gentibus in colendam, quæ vberem redde'ent tempore oportuno prouentum, quando autem id acciderit, suo tempore disturi sumus: iam verò ad sequentis anni res gestas oratio transactur.

I E S V C H R I S T I
Annus 495.

GELASII PAP. ANASTAS. IMP. 5.
ANNO 4. THEODOR. REG. 3.

I.
EUPHEMIUS
QUID MO-
LIATVR.

SEQUITVR ordine temporis annus Domini quadringentesimus nonagesimus quintus, Consulatu Viatoris notatus in Fastis apud Cassiodorum & Marcellinum, ad- dunt alij collegam Emilianum, cuius exordio rorsum fuit Gelasio Papa aduersus Orientales schismaticos labo- randum. Qui enim communionem defuncti fouebant Acacij Euphemius Constantinopolitanus Episcopus, cau- sam iniquam & inpiam falsis pretextibus orans, Ori- entales Episcopos sedi Apostolicæ communicantes, ab eius conu. catione diuellere conatus est. Hæc cum Gelasio in- nouissent, ipsis Kalendis Februarij proxima valde atque dilectam epistolam dedit ad Dardania Episcopos, cuius est exordium: Valde mirari sumus, quod dilectio vestra quasi nouam & difficilem questionem, & adhuc tamquam inauditam quæpiam vobis desiderat. Alias enim superius literas mis- eratis, quibus cunctas, quæ ab Euphemio afferbantur pro- tectinendo Acacij nomine rationes, veris certisque confu- tauerat argumentis. est de illis mentibus habita in dato ad Faustum Commonitorio. Porro ex his postremo scriptis ad Dardanos litteris, ex Variæna bibliotheca & codice veterimo monasterij sancti Petri in Auellana: s. Umbria in integrum (vt licuit) restitutus & editis, ista deprompsisse fat est, quæ de Apostolica sedis auctoritate narrat his ver- bis:

2. Gelas. 9
118. 11. 10.
1. 1. 1. 1. 1. 1.
ducat.

II.
GELASIVS
QUID AD
DARDA-
NIOS.

Non reticemus autem, quod cuncta per mundum nouit Ecclē- sia & quoniam quorundam sententijs ligata, sedes beati Petri Apo- stoli inu habet resoluentis, vt ipse quod de omni Ecclēsia s. habeat iudicandi, neque inquam de eius liceat iudicare iudicio. Si quidem ad illam de qua ibet mundi parte canones appellari voluerint, ab illa autem nemo sit appellari permissus. Quapropter cum satis con- flet, Acacium nullam habuisse Pontificum, sententia sedis Apo- stolicæ damnatum sine vlla eius notione soluendi dicant certe, quæ Syn- dodo hoc illi præmissis (Euphemius scilicet) quodque sic quidem abq, Apostolica sede fas haberet efficere: Cuius scilicet Episcopus: cuius metropolitana ciuitatis Antistes: nonne parua Hierarchia Ecclē- siæ? nempe Conitantinopolitana sub metropoli Hec- sacensis Ecclēsiæ cōstituta: quibus planè ita dicat Gelasius omnia concessa Constantinopolitanæ Ecclēsiæ priuilegia absque cōf. lione Apostolicæ sedis esse irrita. Post ista verò suggerit:

III.
NON IN-
DIGNET
SYNODA-
LI CON-
VENTU,
VT IURE
CET SE
DEI APO-
STOLICA.

Sed ne præcæmus, quæ d. Apostolica sedes frequenter (vt di- ctum est) more maiorum, etiam sine vlla Synodo præcedente, & ab- soluendi quos Synodus inique damnauerat, & damnandi nulla existente Synodo, quos oportuit, habuerit facultatem. Sancta me- morie Hippo Athenasium Synodus Orientalis adduxerat; quem tamen exceptum sedes Apostolica, quia damnationi Græcorum non consensit, absoluit. Sancta memoria nihilominus Ioannem Constantinopolitanum Synodus etiam Catholicorum Præsulum certe damnarat: quem simili modo sedes Apostolica etiam sola, quia non consensit, absoluit. Item, sancta memoria Flavianum Pontificum congregatione damnatum, pari ratione, quoniam sola sedes Apostolica non consensit, absoluit; potiusq, qui illic receptus fuerat, Dioscorum secunda sedis Præsulum sua auctoritate dam- nauit, & impiam Synodum non consentiendo submoit; ac pro ve- ritate, vt Synodum Chalcedonensium fieret sola decreuit, in qua Pon- tificibus innumeris, qui retro: inu. cōf. uerant Ephesino, vniam poscentibus sola concessit, & in sua perfidia permanentes nihilominus sua auctoritate prosternit: quam congregatio, quæ illic præ-

veritate reparanda collecta fuerat, est scuta. Quoniam iudicium quod prima sedes non probauerat, constare non potuit, sic quod illa censuit iudicandum, Ecclēsia tota suscepit; &c. hæc atque alia Gelasius, illa adducens exempla, quæ non in angulis facta essent, sed in summis caulis, toto Orbe perspicuis, omnium- que sententia comprobatis.

Post nonnulla verò idem Gelasius Papa ridet illud om- ninò ab Euphemio itale admodum inculcarum, dum ra- tione regie dignitatis prærogatiuis sedium expendere- atque sibi primatum supra Orientales Ecclēsiæ vendica- ret, quod regia vrbs Constantinopolis esset. In quæ ipse- Riform. autem (inquit) quod prærogatiuum volumi Acacio com- parari, quia Episcopus fuerit regie ciuitatis. Numquid apud Rauennam, apud Mediolanum, Sirmium, apud Treuor. multu tempo- ribus constitit imperator? Num quidnam in barym vrbum sa- cerdotes vltra mensuram subimet antiquis deputatam quæ am- suis dogmatibus vsurpauerunt? &c. hæc tunc Gelasius in dicta e- pistola ad Dardanos, ex quæ etiam nonnulla sunt à nobis suis locis pro ratione temporis superius recitata. Porro hæc ipsam epistolam non ipsis tantum Dardanijs Episcopi- bus voluit esse communem, sed vulgari in Orientales Ecclē- sias, notamque reddi omnibus Orthodoxis, nec non schismaticis & hæreticis. nam hæc habet in fine: Rell. autem faciet vestra dilectio, vt ista, quæ scribimus, pariter Catholicis & schismaticis sapientibus inno. escant; quo & sanis necessaria p. m. ita, & malè sanis competens medicina præbeatur. Dat. Kal. Februarij, Viato- re V. C. Consule.

At cum ne sic quidem istis ipsis Gelasius qui quæ profecerit, Deus per hereticum Principem volumi Euphemium schismaticum Episcopum sede d. i. c. i. atque ab- scindit, qui scindebat Ecclēsiam: quomodo autem illa ha- buerit, paulo post dictum sumus. prosequamur itera- eiusdem Gelasij Papæ anni huius res gestas. Qui igitur hoc anno mense Februarij (vt vidimus) dictam epi- stolam ad Orientales scripsit, idem mense Martij habit Romæ Synodum, cui interfuit: s. Episcopi quinque, qui- quinque, præsentem simul clero Romano. Extant à sta- ipsa ex bibliotheca Vaticana depron. pra, sed me d. o. l. a. non- nihil, quæ a sine careant. Sed accidit opportunè. Dei pro- uidentia; quæ rebus nostris inuigilat, vt dum ea vitæ que se habent deprauata ac decurata hic edere pareremus, vir doctissimus Fronto Ducerus Societatis I. E. S. V. profes- sor, spontè, me quæ nihil penitus cogitante, miserit ead- em ex codice Virdunensi descripta, integra ipsa quæ- dem; quæ etiam (vt in omnibus antiquis scriptis seu cæci- dit) aliquibus essent corrofa mendis, collatione rar. en. fa- ctâ cum ijs, quæ Romæ habentur c. l. b. parum abest, quin in pristinum candorem recipias reuertatur: quæ se sic ha- bent:

Residente in Synodo venerabili Papæ Gelasio vna cum Boni- facio, &c. & infelicibus Gelasio Episcopo Ecclēsiæ catholica vrbs Roma dixit: Memini dilectio vestra superius Conuentu oblati nobis à Miseno libellum in conspectu vestro fuisse recitatum: hui- eundem, si placet dilectioni vestre denu. recitandum, v. illa no- stra continent. Et quia aliud se quoque petitorum pra manibus habere profertur, quid etiam in hoc continetur, postquam ag- noscere. Et adiecit: Misens libellus denu. recitatur. Anastasius diaconus recitauit: Datum à samulo vestro Miseno die octauo Iduum Martiarum, Viatore V. C. Consule. Quantum ad me per- tinet infelicitatis abruptum, erroris meo quilibet ratione con- tracto desilio non esse parcendum: quoniam hoc ipso anacartice non deo, quod merui ad causam penalem, quæsumque foret, per- duci.

Quantum verò pertinet ad remediale subsidium, duo sunt, quæ me ad hoc suppliciter implorandum venire cōstr. ngunt: ne vel ego desperation. in magu perpetuis cruciatibus sim dignus addi- lude præuaricatoris exemplo: & quia tanta est ineffabili illa clemē. a, quæ Apostolica potestate vniuersum facinus possit ab- soluere. Hanc igitur solam in meo negotio, Papa venerabili, ve- cem miserandum effundo: Pa. ce præstrato, porrigere manus tenti. Nullus ignorantis excusationibus nititur, nullus decipulas circums- uentionis obtendo, nec inquam calamitatu mee studio trans- ferre discrimen: quia alios incusare non deo, quæ postquam clemē- ter absolui: quia licet mihi pro mea defensione nihil afferam, non ambigam

IV.
NON PRO-
RATIONS
DIGNI-
TATI
S. CVLA-
D. I. 1. 1.
D. I. 1. 1.
PRÆRO-
GATIVA.

V.

CONCI-
LIUM
IN ANO-
LITIONE
MISINI.

6. Petant
in Gra. 1.
Rom. Post.

VI.
ACTA
ROMANE
CONCE-
LIUM.

7. Episco-
porum

VII.
rescript

Ecclesiastici.

Eccl. 33

delib. rantes

VIII.

IX. obcurd

X.

coactio

Episco potum

XI.

ambigam tamen hoc omnia tuo iudicio esse tractanda. Tantum
nisi, ut superius nimis obsequentes, quod pronunciat per Pro-
phetam: Nolo mortem morientis, donec revertatur & vivat:
vos potius curate, que in persona mea gesta sunt, benigna conside-
ratione libentes, viaticum sibi agnitum & continentia macera-
tionis confusio, ne sine Ecclesiastica communione capiat, ne ne-
gati ex alterius casu experimentum mea formidini intuentes: qui
auxilium, etiam vobis conferre volentibus, non potuit impidire. Et
me per imperitiam hac clade potius implicatum hoc ipso dignanter
ostendite, quod ad receptionem Ecclesiastica superius gratiam valui
peruenire.

Quo lecto, Gelasius Episcopus dixit: Petitorium Gesta retinuerunt.
Et adiecit: Ipse nunc Misenum adveniat, & petitorium, quod obulit,
ipso presentere dicitur. Cumq; ingressus fuisset Misenum, prostratus in
terram aliud petitorium obulit, & rogavit, ut susciperetur. Cumq;
susceptum fuisset, Gelasius Episcopus dixit: Vtraque petitoria, que
obulit, ipso quoq; presente legatur. Iterum Anastasius diaconum
recitavit: Datum a famulo vestro Miseno, octavo id. Mar. Fla. Viatore V.
C. Conf.

Quoniam ad mea pertinet infidelitatis abruptum, erroris
meo qualibet ratione contracto desino non esse parcendum: quoni-
am hoc ipso panis carere non debet, quoquam merui ad pater-
nem causam quantumque forte perdidit. Quoniam vero respicit ad
remediale subsidium, duo sunt, que me ad hoc suppliciter imploran-
dum venire consurgunt: ne vel ego desperatione magis perpetuis
cruciatibus sum dignus addici iuda prevaricatoris exemplo: & Ec-
clesia, que superius continentur. Item aliud petitorium recitat: Da-
tum a famulo vestro Miseno sub die tertio id. Mar. Fla. Viatore V.
C. Conf.

Oblato primitus petitorio meo nihil aliud suppliciter exoravi,
quam ut misericordia mihi sedis Apostolica non in perpetuum ne-
garetur: cuius mihi spem quoniam pro immensa Dei pietate, qua re-
gitur, reluctari sentio, magis magis, conscientiam meam con-
tagii per fidem, que infideliter potius quam studio, circumventum
incideram, liberavi purgatum, esse pronuncians, toto corde atque
ore professor sub divina contemplationis intuitu, me omnes quidem
hæreses & quequid inimicum est Catholica & Apostolica fidei,
communione, sincere pronam mente resutare, tum præcipue Eury-
chianam hæresim cum suo scilicet auctore Eutyche & eius scilicet
tante Diocore, vel successibus eius atque communicatoribus Timo-
theo AEluro, Petro Alexandrino, Atacio Constantinopolitano, Pe-
tro Antiocheno, cunctisq; eorum complicibus & communicatoribus
resutare, damnare, & anathematizare perpetuo; omnesq; istos &
huiusmodi horribiliter excommunicari; nec vquam me cum talibus vi-
lissimis quilibet modo proficere habiturum esse consentium, sed ab
his omnibus futurum profus alienum. Quorum pravitatem li-
cet nunquam volentate receperim, tamen quia me calamitatis
impulsu minus castus videor incidisse, sed conspectu Dei & beati
Petri Apostolici, & Petri, at totius Ecclesie, mea sicut dixi pro-
fessione, voceq; condempno, detestor, exhorreo, in sola me fide comu-
nitione, Catholica & Apostolica semper degaturum esse confir-
mans. Cui petitioni mea manu meâ subscripsi die tertio id. Mar-
tiani, Viatore V. C. Conf. itaq; vestra beatitudinis in Conventu ve-
nerandorum credidi meo manibus offerendam, & alia quæ. Ego
Misenum huius petitioni mea & a me oblatæ subscripsi die & Consule
suprascripto.

Gelasius Episcopus dixit: Quæ lecta sunt, transferantur. Et ad-
iecit: Quid videtur fraternitas vestra statuendum, vestri quoque
consilii participatione desideramus agnoscere. Leuauerunt se omnes
Episcopi & Presbyteri, rogantes & dicentes: Exaudi Christe: Ge-
lasio vita: dictum vices. Quod vobis Deus dedit in potestate præ-
stare: dictum dodecibus. Hoc fac, quod facit dominus Petrus: di-
ctum decies. Ve indagar, rogamus: dictum novies. Cum deo d
sedissent, Gelasius Episcopus dixit: Sedes apostolica quidem, qua
Christo Domino delegante, totius Ecclesie retinet principatum,
pro dispensatione curas, generalis, quam vel pro fide Catholica, vel
pro patrum canonibus regulis, maiorem necessaria semper cir-
cumspiciendi dependit, Misenum atque Vitalium, quos contra Eury-
chiana pessilentia sedatores, vel contra eos, qui talium se com-
munionem polluerant, sua potestate legatione suffulsi ad Orien-
tem dudum sub sancta memoria decessore meo Presule destina-
rat, quod Apostolica præcepta declinantes quolibet modo in cor-
rum, aduersum quos missi fuerant, consortia recidissent, Gelin
Synodalibus rerum discussione præfata, communionem pariter &

honore meritis in regis summo.
Quibus tamen misericordia locum memor superna pietatis
pro suo moderamine reseruaui: & dam conditionem posuit vltro-
nis, spem noluit propitiationis abscondit: sicq; suam sententiam tem-
peravit, ut istum veniam cum illorum mallet salute promerire,
quorum fuerant participantes decepti: ac potius præberet eis,
quos suo firmauerant in prauitate consensu, & salubrem correctio-
nis metum, & emendationis iustanda consorium. Denique sic i-
psa animæ adhesionis verba librata sunt, ut scilicet & cum istis per-
culosos aduerterent, & ex eorum conditione non discederent posse
saluari. In quo vtrique & hu non est in totum via præclusa remean-
dis, & illi si maluerit, per istos est oblata correctio, studiumque por-
rectam, quo possint meliores conatu præteritis compensare prola-
psus: si fauorem, quem prævaricatoribus facili poluitate detule-
runt, in reformationem Catholicorum potius conuerterent sacer-
dotum.

Dicitur est enim, tamdiu istos fore suspensos, donec auctore
Deo, & adujsu Catholicorum Principum, vel populi Christiani,
Alexandrina Catholicum sacerdotem recepisset Ecclesia. Gratu-
landam scilicet crederetur nullo modo Græcos non posse renuere,
quod viderent ad apostolica sede fuisse damnatum? facile, eos posse
de istorum supplicio commoueri, ut nō essent quid vitarent, & quid i-
sequerent ambigunt, ac vellet utantem respiciendo magis sentire cum
rectis, quam iditer errare cum per fidis. Expositumq; duo est, ut hi
rationibus incitati contagia mensanda deponerent, vnicuique Aposto-
lica sede consentiendo, sicut de eorum speratum fuerat videren-
te, nitesque Catholicis sacerdotibus renouandi studium potius
commodarent: quousi ad Orthodoxam recurrerent vnitatem; &
isti, qui illorum participes erroris existerant, ministrarent præ-
stituta receptionis officium: Nec quā fieri potuit occasione cessu-
rum est, quo competenter admonitis & subuenient instructi, pari-
ter pericula vitanda cognoscerent, ac patere sibi ianuam, si i-
ceris mentibus hanc perissent, Apostolice communionis aduerter-
rent.

Sed quia ad perueniam est, ut hortamentis quoque medicinali-
bus, dum etiam qua referent contraria, non haberent, discederent
tamen hæretici adhibere consensum, illorum quidem difficulta-
tibus paternum quemdam debemus pro dolorum afflictum, deprecantem
omnipotentiam Dei nostri, que sola quamuis deus in veritati
viam potest conuertere voluntates, ut eisdem sue propitiationis
operatione mirabili spiritum respicientem & efficaciam correctio-
nis dignanter infundat. Quæ donec (sicut de eum virtute consi-
dimus) diuina placatione pronunciant, hanc interim qui supplicat
desiderabiliter experientem nullatenus perire patiamur: ut egius
non sunt Orientales deiectione perterriti, ne in errore persisterent,
saltem curatione prouocentur, ut redeant ad salutem, præcipue cum
dispositionis sedis Apostolica clementiam tenor comitur ipse di-
ctorum, neque prolata sibi repugnare constitutum dicitur. Desini-
tam quippe est (ut superius iam prædictum est) ut, de quibus agi-
mus, contentus debere suspendi, donec auctore Deo, & præfatis admi-
nistrantibus, Alexandrina Catholicum recepisset Ecclesia sacerdotem:
non abrupte & sine exceptioe Apostolicum est, sed ea ratione de-
promptum est, quæ non sibi illi adnitentibus, sine non adnitenti-
bus, indifferenter daretur infixa sententia: itaque sub quo tenore
libra a condito est, eodem non existente, nec vtrarem sine pro-
fessionis absoluit. Quod enim cum adujsu prædictorum pronun-
ciatum est effectum, hoc eodem in succedere non fieri posse,
manifestum est. Sed cum eorum etiam faciendum memoratur adu-
jsu, satis euidenter ostensum est, quod sine hoc non posset impleri.
Licet ergo illi, quorum deesse probatur adujsu, de sua sint obstinatio-
ne miserandi: tamen quia deest, sicut sine eo fieri non potest, quod
cum eodem effici posse præsumptum est; ita desistentibus causis, per
quas hic articulus veniret ad terminum, insolubiliter non retinet
obligatum.

Quapropter lata sententia non existentibus per qua posset vsque
ad suum exitum deputatam tenere mensuram, hu cognoscenda, & hu,
qui articulat tenendum, tribuit libertatem. Et Apostolica quidem
fides (ut sepe repetendum est) estmans Orientali nullo modo
non posse resurre, quod sedes Apostolica resuisset, cosque saluis
propria & Apostolica communioni nullius præstare posse perso-
nam, hæc de eorum mentibus melius estimari. Sed quod iter-
rum non ratendum est, dolenda pernicies non velut impremidam
benè de Orientalibus sententiam potest optent magis aposto-
licæ sedis arguere, quam sua periclitante potius deperare, quod

XII.

XIII.

XIV.

XV.



si definit per quos id est ciant.

XVI.

pietate

Reo. 15.

1c. 23.

XVII.

Mat. 16.

puritate

XVIII.

petenti

Mat. 16.

oblatum sibi tranciem proprie redintegrationis secuta non fuerit: nec ideo tamen alij debet medicinalem desiderantibus impedire per suam perniciam facultatem. Tum enim dicta sunt de Gracorum confessione fidenter, quia & simul beati Petri societatem quibuslibet videbantur proponere posse per sonum & qui exierunt ante Carthaginiensis, estimabantur confiteri facile veritati, atque ideo cuiuslibet hominis affectum in desiderij Apostolicae communionis non posse proponere: quia cum nondum susceperint per quas hic ordo decurreret, voluntate; id quod per eas fieri posse praesumptum est, certatur absolutum, quoniam cum desint qui perficiant, nullus promovere possit effectus, immo cum idem ipsi, per quos indicabatur esse faciendum, ne efficiatur obstant: qui si in hac sunt (quod absit) obstinatione manseri, resoluta conditio est illius rei, quae eorum studiis fiducialiter censetur impleri.

Si vero (sicut potius optamus) fuerant ad meliora conversi, ne inter has interim qui misericordiam postulat, vel aetate, vel morbo, quo frequenter impeditur, possit intercepti, dant super istis est consulendam, ne defuncto iam nullum postmodum subrogari, quippe cum dictum sit, siue illis aditentibus, siue etiam fortassis inuenerit, sed cum eorum quasi admissu, quod promulgatum fuerat, posse consistere: sicut igitur cum illis aditentibus nullatenus pace pica perdatant: hoc etiam tenore beatus Paulus Apostolus non ideo (quod absit) seculis esse credendum est, aut sibi extitisse contrarium; quoniam cum se ad Hispanias promississet iterum, dispostique diuina materibus occupatus ex causis, implere non potuit, hoc pronuntiat, quod re vera uoluisse efficere: quantum ad diuina secreta consilij, quae ut homo omnia non potuit licet Spiritu plenus agnosceret, superna praefermissa dispositione praeuenit. Nec quia beatus Petrus Apostolus pro affectu diuinae reuerentia ipsi Domino respondit: Non lauabis mihi pedes in aeternum; seculis esse (quod absit) aut in sua putabitur minimè constituisse sententia, quod mox eidem diuina cesserit voluntati: & quod se doceret non esse faciendum, ausus adstrictum humane salutis expectet pronam voluntate faciendam.

Idcirco illa non accedente via, quae eorum fuerit reconciliatio constituta, alteram licet adoriri, quae subueniatur, quibus subueniendum esse decretum est: maxime cum Miseno ex quolibet excessu vel qualibet prauaricationis poena sufficiat, quae usque eo tractata est, ut sola considerationis humane supremam consideratione laxetur, remittendaque poenitentia sit, quae non habet vitia, quo crescat: Quia cum nulli anime Deus omnipotens & misericors per Ecclesiasticam pietatem querenti noluerit remedium denegari; non dubium est, hoc ipso auctore Deo, & diuinam compunctione prode, ut tunc de eius receptione tractetur, quando ea non protelanda quoque nequitas compellat impendat: nostro praeterea Salvatore beato Petro Apostolo praeter ceteris delegante: Quicumque ligaueris super terram, ligata erunt & in caelis, & quae uinque solueris super terram, erunt soluta & in caelis: sicut & huic uerbo nihil ueniat exceptum, sic per Apostolicam dispensationis officium & totum possit generaliter allegari, & totum consequenter absolui: Praecipue cum ex hoc magis & ubi cunctis oporteat Apostolicam miserationis exemplum, ut absolutione demeriti, si resipiscant uenerint, & ab errore se retrahant, atque ad Apostolicam communionem sinceram redeant uinitatem, uinculū se damnationis illius, quam uinculū saliter meritis prauaricatorum exceperant, non ambigant exuendos.

Neque enim qui longe positos ad integram fidem curare nitimur, reuerentes in praesenti supplices resutare debemus: ubi sollicitudine praecauendum est, ne conscientia detrimentum negantes, usque ad extremum peccati materiam (quod absit) nullatenus incidamus: censuramque ueritas etiam circa supplices, siue siue persisterens transeat in reatum. Proinde quantum prononente Domino, possibilitatis humane desideranti remedia praebamus, totum, quod supra nostra facultatis est modulum diuino iudicio relinquentes, non autem nobis poterant imputare, cur prauaricationis offensam uiuentibus remittamus; quod Ecclesiae, Deo largiente, possibile est: qui nos etiam mortuus uentiam prestare despicunt: quod nobis possibile non esse, manifestum est, quia cum dictum sit: Quae ligaueritis super terram, quos ergo non esse iam constat super terram, non humano sed suo iudicio reseruat; nec audeat Ecclesia sibi uentem uendicare, quod ipsi beatus Apostolus conspiciat non fuisse concessum. Quia alia sit causa superstitum, alia defunctorum.

Tulerit Vitalis sortem diuini iudicij, cui etiam cum magno uellemus, non potuit subueniri: huic saltem profuse, dum copia uentis admittat, in remedij affectu aliteru experientia repente subtrahit. Cuius scriptum nouerimus: Vnus assumetur, & vnus relinquatur: horritur nos intercepti periculum in superfluo subsidij non differenda sanandi, qui hoc ipso recipiendus diuinitus indicatur, cum illi superuenit, qui ad hac non meruit peruenire: & quoddam de viroque celestis iudicij resurgit examen; ostenditurque nobis euidentius in duobus, in quo fuerit causa sine uenia, & in quibus, quae indulgentia carere non debeat. atque ideo quam ipse quoque si superfluo competenter Acacius expellisset, potuerat obtinere: quippe de quo sic positum est, insolubilem fore, ut non diceretur. Etiam si forte corrigere multo magis huic, qui communionem eius infelix est, imploranti stibilibiter, pietatis est Apostolica non negare.

Professus ergo Misenus regulariter, se omnibus haereses, Eutychianam praecipue cum Eutychete, Dioscoro, Timotheo AEluro, Petro Alexandrino, Acacio Constantinopolitano, Petro, Antiocheno, vel cunctis eorum successorum, sectatoribus & communicatoribus deservari, & ceteris, anathemate ferire perpetuo; communionis Apostolicae, & sacerdotalis gratiam, quam Catholica traditione percipit, recipere dignitatem. Omnes Episcopi & presbyteri surgentes in Synodo acclamauerunt: Exaudi Christe, Gelasio uita: dictum puindecei. Domine Petre, tu illum serua: dictum duodeces. Cuius sedem & annos dictum septies. Petriarium Christi re uindictam: dictum sexies. Cuius sedem & annos dictum septies trigies.

Sextus Notarius sanctae Romanae Ecclesiae iussu domini mei beati sumi Papa Gelasio ex sermone edidit die tertio Id. Maij, Flauio Viatore V. C. Consig.

Sic igitur apparuit diuina uindicta in Vitalis Episcopum irrogata, cum antequam Catholicae communioni restitueretur, ex haec uita subduerit. Sed & in Acacij factorem Ephemium Constantinopolitanum Antistitem Deus pariter uisus est, cum eum (ut diximus) per Anastasium Imperatorem in exilium duci uoluit. Frequens est eipim, ut qui monita patris non audit, tyrannum inter dum experiri cogatur; & Deum ultorem sentiant, qui praepositos ab ipso negligit monitores. Sed de Euphemij exilio historiam taceamus.

Hoc namque anno sub iisdem Consulibus rei summam Marcellinus perstringens, haec habuit in Chronicis: Euphemius Episcopus Constantinopolitanus falsis ab Anastasio Principe accusatus atque damnatus in exilium ductus est, &c. haec ipse. Quoniam uero in illum accusationis obiecta fuerint, audiamus: quas quidem Theodorus Lector sic narrat: Anastasius infidelis Isanorum Euphemio acceptis uentibus uera autem, quod (ut Suidas ait) commendatus Euphemius illi suis, se, si illum in ordinem redacturum, si perseveraret haereticus. Sed pergit Theodorus: Et cum praesens scripsisset, Episcopo domi praesentes congregauit. Hi uero Imperatori gratificarentur, Euphemium excommunicant ac depununt. Elegit autem Imperator Episcopum Macedoniam quemdam probyterum Ecclesiae & eiusdem. Populus uero seditionem mouet propter Euphemium, & Hippodromum supplicandi gratia currunt: at nihil efficiunt: peruenit enim Imperatoris resistentia. Macedoniam Imperatori morem gerens, Concordia Zenonis subseripit, Enotico scilicet. Hic Macedoniam uir erat religiosus & sacer, uisus a Genadio educatus, cuius etiam (ut fama habet) nepos erat ex sorore. Euphemiam Imperator in exilium duci praecipit. Ille uero per Macedoniam cautione perijt, ut sine infidij inde abduceretur. Macedonius uero aliquid laude dignum cogitans, ut cautio illi ratio redderetur, consentit: & cum Euphemium in baptisterio esset, Episcopalia insignia a diacono sibi ipsi auferri praecipit, atque ita ad Euphemium accessit: factaque mutatione, pecuniam illi ad sustentandos eos, qui cum illo erant, dedit. hucque Theodorus.

Passus haec quidem est Euphemius, licet iniuste, & a peritio Imperatore Catholicae fidei aduersario: quod tamen contempserit parere Romanis Pontificibus in abdicatione Acacij nominis, meruit ipse iusto Dei iudicio abdicari. sic planè qui gloriosum fuisset confessionis ob haec, quae passus est, titulum consecutus, quod ab ipsa Romana Ecclesia minimè meruit ad communionem admitti (extra quam nulla potest esse, ex sententia Patrum,

XXI.

XXII.

XXIII.

XXIV.

XXV.

XXVI.

XXVII.

XXVIII.

XXIX.

XXX.

XXXI.

XXXII.

XXXIII.

XXXIV.

XXXV.

XXXVI.

XXXVII.

XXXVIII.

XXXIX.

XL.

XLI.

XLII.

XLIII.

XLIV.

XLV.

XLVI.

XLVII.

XLVIII.

XLIX.

L.

vera confessio, neque martyrium infelix decessit inglorius, & postea (ut videmus) nomen eius est Diptychis est sublatum.

XXIV.

Cyrril. in vita S. Sabae, c. 60. ad Sur. tom. 8. MACEDO. NEVS EPI. COPVS FORITAN. TINOP. OKONO. DOXVS. XXV. DE EXI. TIO S. EV. GENII IN GALLIAS.

Quod vero eius successori Macedonio Theodorus inuit notam subscriptionis Zenonis Enotici: longe aliter rem se habuisse; quae horum temporum scriptor Cyrillus narrat, edocet; nam ait: Euphemius quidem propter relictam de se sententiam ab Imperatore (id est iustitia!) impie deponitur à seculo restituitur, & in eius locum euehitur Macedonius. Cum in his autem esset Ecclesia; quidemque, qui Euphemium sede expulerant, assensum non sustinuit Elias Episcopus Hierosolymitanus, ut qui eum expulisset prae regulam; Macedonio vero non dubitauit communi-icare, & cum eo conuenire, ut qui ipse quoque relictam fidem amplectetur: quod quidem non parum ab initio turbauit Imperato-rem. haec de Macedonio Cyrillus: reliqua vero suis locis dicenda.

Moritur hoc eodem anno Gundabundus Wandalo- rum Rex in Africa, regni suum duodecimo inchoato. Abrupit Deus & vita hominem, cum intermissam ali- quando persecutionem instaurat: hoc namque tempore rursus sanctissimum virum Eugenium Episcopum Carthagenensem exagitat, non ferens eorum virum in locis quibuslibet Wandalicis ditionis licet exilium degere. Quod enim sciret ipsam restituere lapsos ad penitentiam, & stantes ad martyrium roborare, scribere quoque frequen- tes (ut dictum est ex Gennadio) litteras pastorales: con- siliam illud inquit, ut trans mare eum in Gallias amandaret: qui illuc delatus, Abigenem incoluit ciuitatem. Haec quidem ex Gregorio Turonensi d. Sed dum sub persecu- tione ab Hunericò facta ipsam in Gallias missum dicit, planè fallitur: peruenisse eum namque ad Anastasij Impe- ratoris tempora, quae de ipso narrat Gelasius Papa ad Epi- scopos Dardaniam manifestant: Sed & cum Gennadius, dum de eodem agit scribens i. brum illum sub Anastasio Imperatore, adhuc vitam esse suspensam tradat; nullum vi- den possit reliquum esse dubium ad haec tempora deuen- nisse, atque ex Africa in Gallias transfusum esse. Immo & cum idem Gennadius ne quicquam de eius in Gallias relegatione ipse Gallus dicat, planè accidisse videtur porgit eandem S. Eugenium fuisse relegatum in Gallias post scriptam ab eo libellum illum de Scripitoribus Ecclesia- sticis: ad eò ut ad hoc tempus, ante tamen obitum Gund- bundi, eius in Gallijs referendum exilium sit: etenim qui in locum eiusdem Regis successit Traiamundus, ipso regi exordio pacem cum Catholicis habuit, de omnibus benemeritis.

XXVI.

Greg. Turon. Mirac. l. 1. c. 8. DE OBITU S. EUGENII EPISCOPI CARTHAGIN.

Quomodo autem in loco exilij, in ipsa Abigeni ciui- tate idem Eugenius diem clausit extremum, idem Grego- rius ita narrat: Hic cum magno in saeculo polleret virtutibus, & iam victor de tormentis martyrialibus exisset: tempus vacationis illud praecepit, quod populi occultabatur, mansissimum noscens se martyri Amarantho socium esse futurum (colitur ille martyr in ea, ubi sepultus est, ciuitate) ad eius sepulchrum dirigitur, prostratusque, solo diuissime orationem fudit ad Dominum. Deinde expansis super pectus brachijs, spiritum caelo dedit. Qui à Christianis collectum, in ipsa, quam duximus, crypta sepultura mandatum est: haec Gregorius, qui & de miraculis illius edidit subijcit narrationem. At de sancto Eugenio satis. Vltus est autem Deus eius exilium in Regem, quem hoc anno ex hac vita subduxit: eum in locum eius successit Traiamundus ipsius germanus, de quo ista Procopius: Gundabundus excessit ex morbo anno regni sui d. odecimo: post quem fra- ter Traiamundus regnum suscepit, vir inuolè sapientie maxime, tum animi magnitudine omnes maiores antecessens: Christianos autem non penitus corporis aut supplicij, ut ille, sed praemij & hono- ribus omnibus ad deserendam fidem irritauit: non auscultantes vero minime plebebat. Si quis magis criminibus obnoxius vidisset, vero fortunam, seu voluntate, hos non dare praeritorum panis, sed praemij misericordibus, meliorem inducere mentem cogebat. Fuit autem Anastasio Principi amicissimus: haec de Traiamundo Rege Procopius. Sanè quidem S. Fulgentius & ad hunc Regem cum libris scriptis, eum parente meliorem appellat. Huic Traiamundo Theodorici Italix Rex matrimonio iunxit

fororem suam nomine Amalafidam, ut ex eisdem Theo- doric ad ipsam data epistola constat: ad quem extat etiam alia, quae eum antea redarguunt suscipit, licet missa ab eo munera respuat. Sed de eo saepe inferius dicendum erit.

Apud Casiod. h. s. ep. 44.

IESV CHRISTI Annus 496.

GELASII PAPA. ANASTAS. IMP. 6. Annus 5. THEODOR. REG. 4.

VI sequitur Christi Redemptoris annus quadringentesimus nonagesimus sextus Consulem habuit Paulum sine collega, idemque Gelasij Pape nouissimus numeratur; hoc enim anno xi. Kalend. Decembris ipsi hae vitae migrasse, habent Indices Vaticanæ & Anastasius de Romanis Pontificibus, cum sedisset annos quatuor, menses octo, dies vndeaginti. De eius lucubrationibus illa Gennadius tradit: Gelasius vrbis Roma Episcopus scripsit aduersus Eutychem & Nestorium grande & praclarum volumen, & tractatum diuersarum scripturarum & sacramentorum limato sermone, & aduersus Petrum & Acacium scripsit epistolas, quae hodie in Ecclesia venient Catholica: sicut hymnos in similitudinem Ambrosij Episcopi. haec Gennadius de Gelasij Pape scriptis: Sed de his altior percuratio habenda est, cum videlicet qui eiusdem Pape nomine inscribitur libellus de Duabus naturis aduersus Eutychem & Nestorium, num ipsius opus dici re verè possit, accuratius dis- seremus. est eius exordium: Necessarium quoque fuit, &c. Scimus in his quidem nobilia complurium Orthodoxo- rum fuisse ingenia, dum aduersus Nonares inde sibi arma parantes studio indefesso inire certamen: cum ecce- tra Ortho doxi vnà ferme sententia opus illud Gelasij, eade negarint.

I. GELASII PAPA OBITU.

Gennad. de S. Apt. Eccl. 14.

II.

Gennad. r. vii.

In primis verò inter alios scimus Suffridum in prela- tione ad Gennadium praefixa, non esse Gelasij, sed Genna- dij & ad rationem illam asseuerare, accidisse quoque ut quem Gennadius librum misit ad Gelasium (ut ipse testatur) scripsit eadem Gelasij nomine edita fuerint. Verum cum Gennadius illos lex libros non aduersus Eutychem, sed Nestorium, se scripsisse tradat, & neque eos ad Gelasium Papam missos dicat, sed opus de Deo sua (vrat) ad illu de- dert; & quodnam illud fuerit, satis sit suo loco superius demonstratum: nihil est, ut lucubratio illa, quae Gelasio tribuitur, Gennadij esse dici possit.

III.

Hieron. de Sc. Apt. Eccl. c. 190 DE GELASIO EPISCOPO C. 83 A. REB. PA- LESTINA.

Sunt praeterea, qui negantes pariter seriationem illam esse Gelasij Pape, eandem tribuant Gelasio Episcopo Caesariensi, cuius merito lem habet S. Hieronymus: quod cum aetate tunc iuuenis esset, ad tempora Nestorij & Eutychemis inpetuissile, atque scripsisse potuerit. At ne id quidem iure affirmari posse videtur, cum ex his, quae dicta sunt superius, duos saltem Episcopos numerari con- tingat post Gelasium vsq; ad Nestorij & Eutychemis tem- pora; nempe Iohannem, qui vnà cum Porphyrio Gazensi fundus est legatione ad Acacium Imperatorem; & Eu- logium, qui reperitur interfuisse Concilio Diospolitano, vbi Pelagius dolose visus est recantasse palinodiam: qui autem primo loco ibi in Concilio Palaeitino nominatur Eulogius Synodo praesidens, Metropolitanum oportuit Palaeitinae totius fuisse, nempe Caesariensem Episcopum. Sicigitur nihil est, ut opus illud Gelasio Palaeitino quo- quo modo possit adscribi?

IV.

DE SCRIP- TIS GE- LASII CONTRA EUTYCH. ET NE- STORIUM.

Sunt tamen ad rem verà nonnulla, quibus probari pos- se videtur, commentarium illum non esse Gelasij Romani Pontificis. Etenim cum Gennadius scribat, grande volu- men à Gelasio editum aduersus Eutychem atque Nesto- rium: planè dissimile ab eo esse apparet, quod eius no- mine fertur perbreue factis: Verum non vnum dumtaxat librum; sed quod grande & praclarum opus Genna- dius nominat, in quoque libris fuisse paritum liquet.